



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita beati Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani, & de eius lectore
Charisio. Capvt CXLV.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

iudicaret fratres, respondit: Quia necdum te ipsum cognouisti. Nam qui se ipsum nouit, suarū vitia non aspicit.

i Virtutes monachorum cōmendabiles.

Vita beati Gennady Patriarchæ Constantinopolitani, & de eius lectore Charisio.

C A P V T CXLV.

Accessimus in cœnobium, quod dicitur Salamā, nono ab Alexādiā milliario distans inuenimusque illic duos presbyteros senes, qui dixerunt nobis, Constantinopolitanæ Ecclesiæ se esse presbyteros, narrabantque nobis de beato Gennadio Constantinopolitano Patriarcha, quod fuerit mitissimus, & mundus corpore, multumque continens.

Dicebant & hoc nobis de ipso, quod cum molestaretur à plurimis de quodam clericominis delinquente, Charisio nomine, accessit eum Patriarcha, ipsumque emendare conatus est. Cū verò nihil increpatione proficeret, permisit illū & ecce sancti paterna censura flagellari. Postquā verò didicit in nullomeliorē fieri, neque per verba, neque per flagella (Vacabat enim homicidijs, & magicis præstigijs) misso quodam Apocrisario suo iussit, vt diceret sancto martyri Eleuthero. Erat enim lector in ipsius oratorio Charisius. Miles tuus, sancte Dei Eleutheri, multum peccator est. Aut emenda illum, aut excide. Venit igitur apocrisarius in oratorium, stansque ante altare, ac intendens ad sepulchrum Martyris, extendensque manum suam ait Martyri. Patriarcha Gennadius significat vobis, sancte Christi martyr Eleutheri, per me peccatorem, quia miles tuus multum peccat. Aut emenda illum, aut præcide eum. In crastinum

finum vero ¹ mortuus inuentus est scelerum opifex Charisius.

¹ Vides quantam habeant Sancti potestatem post mortem.

Visio Eulogij patriarchi Alexandrini.

CAPVT. CXLVI.

CVM essemus in eodem cœnobio, narrauit nobis Abbas Menas cœnobij ipsius pater de sancto Papa Alexandrino Eulogio, dicens: Nocte quadam cum sibi¹ matutinam laudem celebraret in Episcopat^o oratorio, vidit prope se assistere Iulianum Archidiaconum. Quem vt vidit turbatus est, cur fuisset ausus ingredi, nihil illi nunciâs. Tacuit tamen. Et cum impleisset psalmum, prostrauit se humi. Fecit hoc ipsum & is, qui in specie Iuliani Archidiaconi apparuerat. Deinde cum oratione facta, surrexisset ² Patriarcha, ille nihilominus in pauimento iacebat. Conuersus autem Pontifex dicit. Quandiu non surgis: Ait: Nisi mihi ipse manum porrigas, & erigas me surgere non possum. Tunc extendit manum suam Eulogius, ac tenens erexit illum, coepitque iterum psallere. Post pauulum autem conuersus neminem vidit. Cum igitur impleisset matutinas laudes, vocauit cubicularium suum, dixitque illi: Cur non annunciasti mihi Archidiaconi ingressum, sed ita non nunciatus intrauit ad me hac nocte? At ille neque vidisse aliquem neque ingressum esse asseuerauit. Non credidit Patriarcha, sed ait: Vocam mihi huc oltiarium. Cui venienti ait: Nonne ingressus est huc Iulianus Archidiaconus? Ille verò cum iuramento affirmabat illum neque ingressum neque egressum esse. Tacuit quidem tunc Patriarcha. Manè autem factò, ascendit Archidia-

ff

hidia-